

APHORISMI PHILOLOGICI,

DE

CAUSIS *Et* CON-  
STITUTIONE  
LINGVÆ SACRÆ  
GRÆCÆ,

<sup>quos</sup>  
SUFFRAGANTE

*Ampl. in Acad. Absœnsi Philosophorum Collegio*  
SUB MODERAMINE

HENRICI HASSEL,

ELOQU. PROFESS. REG. & ORD.  
PRO GRADU

EXHIBEBIT

BENEDICTUS FRIDOR Fil.

NTLANDUS

Ad diem, (si DEO videbitur) XVII. Julii  
A:o MDCCXLV. Horis antemeridianis



ABŒ, EXCUD. JOH. KIÆMPE, REG. ACAD TYR.



A. και Ω.  
Aphor. 1.

**E**ste quandam convenientiam Lingvæ Græcæ cum Hebræa non diffitemur, præsertim quum id variarum ex vocum collatione as-  
pertissime constet; ideo tamen largiri non possumus Græcam ab Hebræa successu temporis naturali modo, prout in variationibus lingvarum so-  
let contingere, enatam fuisse. Nam, quæ sic ex-  
stiterunt Lingvæ filix, majorem longe cum ipsa matre habent convenientiam, prout in orientalibus illis, quæ ab Hebræa descenderant, ad oculum pa-  
tet. Atque nisi placuerit nugari, concedendum certe est, quæ maximam partem voces græcas tan-  
tùm differre ab Hebræa, quantum ab ulla alia lin-  
gva. Neque ostendi poterit exemplum lingvæ alicujus, quæ tantam subierit metamorphosin, si præter Orientalium etiam Europæarum sa-  
ga & constitutionem consideremus. Tutius igitur  
originem, Lingvæ Græcæ ad ipsam *γλωττοσύγκυσι*  
referimus. Atque quum in cæteris quoq; lingvis, e.  
g. Svecana & Fennica haud obtura Hebraismi  
vestigia occurrant, non aliud inde sequitur, quam  
quod hæc omnia ut reliquiæ primigeniæ Hebrææ  
de-

3  
debeant spectari. Neque enim ulla cogit necessitas, ut statuamus, confusionem istam eousque processisse, ut in lingvis noviter exortis, nulla primævæ rudera superessent.

*Aphor. II.*

**P**rimum tot dialectos haud numerarunt Græci; diverso vero tempore, quum, augefcente magis magisque eorum numero, varia in loca diffunderentur, diversa loquendi gener exorta sunt, variaque illa *ἰδιώματα γλώττης*, quæ hodie in veterum Græcorum scriptis conspiciuntur.

*Aphor. III.*

**A**Doro, Æolo, Ione & Achæo filiis aut nepotibus Hellenis; Græcarum gentium conditoribus, dialecti illæ, Dorica, Æolica, Ionica & Attica, nomen accepere.

*Aphor. IV.*

**D**Ores in Peloponneso, Rhodo & Chreta; Æoles in Thessalia & Samo, imo Italia & Sicilia sedem elegerunt. Ionica dialectus in Asia minore obtinuit; Attica omnes inter maxime exculta floruit Athenis.

*Aphor. V.*

**Q**ui apud Græcos erant Poëtarum principes, plurimum a dialectis propriis discessere, & alienis usi sunt, prout ratio metri observanda id requirere videbatur; adeoque dialectum quandam peculiarem sibi quodammodo effinxerunt, ut ex Homero, Hesiodo, Pindaro aliisque patet.

A2

*Aph.*



*Aphor. VI.*

**C**ommercia inde a longissimis retro temporibus Græcos inter & Perſas, Syros, Lybios, Phrygios & Latinos frequentata id effecere, ut quædam ab iisdem voces & loquendi formulæ in græcissimum acceſſerint.

*Aphor. VII*

**P**er frequentia Græcorum inter se commercia atque peregrinationes Eruditorum factum est, ut hi in scriptis suis, variis uterentur dialectis; Alexandri vero Magni tempore, quam magis inter se Græci miscerentur, dialecti quoque misceri ceperunt, adeo, ut exinde non tam unicæ dialecto sese adstrinxerint, quin potius ex omnibus dialectis sensim coaluerit lingua communis.

*Aphor. VIII.*

**Q**ui origine Hebræi, Græcorum discabant linguam, non potuerunt non aliquid ex Hebraismo retinere. Tales erant LXX. interpretes, ergo dictum etiam in hos quadrat.

*Aphor IX.*

**H**ic præmissis, facilius de Lingua Sacra Novi Testamenti judicare possumus. Scilicet, Tabulæ novi tæderis ea Græciæ ætate sunt scriptæ, qua lingua communis erat in usu. Proinde stilus hic omnes dialectos præcipue vero Atticam participat; sed intuper hoc habet peculiare præ communi Græca, quod ad indolem Lingvæ Hebrææ inclinet,

**N**on sufficere potuerunt revelationi Græcæ vocabula vulgaria; sed cum res novæ & ab intellectu profanorum remotissimæ essent exponendæ, ipsa necessitas exigebat, ut voces istæ novis induerentur significibus, vel novæ, & in Græca ante inusitatæ adhiberentur.

Aphor. XI.

**I**D egere LXX. interpretes, quorum versionem Evangelistæ & Apostoli in multis utiq; sunt sequuti.

Aphor. XII.

**A** Mat filius Græcus S. more Hebræorum re-  
 uentiam e g Apoc. III. 12. ὁ νικῶν, κληθήσεται  
 ὀνομασθῆναι, pro, τὸ πρὸς τὴν νικῶντα, quod ad uincendum atti-  
 net &c. Plurima exempla hujus genii in Psalmis  
 deprehenduntur. vid. Psalm. XVII. 31. it. Act. VII.  
 40. Ef. LIX. 21. 1. Ioh. II. 27.

Aphor. XIII.

**L**Oco Adiectivi ponunt ad indolem absoluti &  
 constructi apud Hebræos substantivum geniti-  
 vi casus cum alio substantivo; vel substantivum cum  
 alio substantivo addita præpositione: ut, Luc XVIII.  
 6. ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας pro, ἀδικῶν, it. 1. Tim. II. v.  
 7. διδάσκαλος ἐν πίστι καὶ ἀληθείᾳ pro, πιστὸς καὶ ἀληθὴς.  
 Nec non conferri possunt Hebr. IX. 3. & Apoc.  
 XIX. 16. Exempla hujus constructionis prostant  
 in Psalmis, e, g XXXI. 3. it. CXL. 12.

Aphor. XIV.

**I**Nsunt huic dialecto S. constructiones, quæ  
 redolent particulas Hebræorum *by* aut *by* aut  
 : aut

ὅ, aut ὃ, e. g. Matth. V. 22. ἔσοχθῶ ἔσαι εἰς τὴν γένναν pro τῇ γεννίᾳ Marc. X. 7. ὁμοκαλληθῆσεται ὡς τῆς γυναῖκα, pro τῇ γυναίκεῖ Hebr. וְשָׂדֵה רַבָּה Gen. II. 24.  
*Aphor. XV.*

**P**articulæ etiam aliquando more Hebræo transpositæ alium accipiunt sensum. Sic, Rom. III. 20. Ἐξ ἔργων νόμος ἢ δικαιοσύνη πᾶσι σὰρξ, secundum idiotismum Lingvæ Græcæ vertendum foret: *Non omnis*, ergo quædam caro ex operibus legis justificatur; sed hic ἢ πᾶσι ut Hebræam לֹא כָל אָבְסֹלֻתֵי נֶפֶשׁ absolute negat, adeoque hic sensus emergit: *Ex operibus legis nulla caro justificabitur.* Conf. Gen. IV. 15. Sim. Luc. I 37. οὐκ ἂν ἀδυνατήσῃ παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα, non impossibile erit apud DEUM omne verbum, h, e. nullum.

*Aphor. XVI.*

**R**epetunt pronomina Græca interdum S. Scriptores more Hebræorum, e. g. Marc. VII. 25. Mulier ἣς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς cujus habebat filia ejus, ubi αὐτῆς, redundat secundum reliquas dialectos, & construitur quemadmodum duplex relativum apud Hebræos vid. 2. Reg. IX. 27.

*Aphor. XVII.*

**V**erba quædam efformata reperiuntur ad indolem Hebraicam: it. vocabula solemnia Ὁμοῦ, πιστεύω ἰς τὴν ἰσχυρίαν cum particula ὅ. λόγος, ἰσχυροῦς, χεῖρος.

*Aphor. XVIII.*

**P**eculiares phrasæ Hebrææ exprimentur Græce, ut περιπατήσῃ ἐν τῷ φωτὶ. 1. Joh. I. 7. quemad-



modum כִּי כִּי conf. Psal. XXXIX 16. & Jes. II. 5. Sic ἡμέρα καὶ ἡμέρα pro καθ' ἑκάστην ἡμέραν  
 2. Cor. IV. 16. conf. Deut X'V. 22. ad formulam Hebraicam כִּי כִּי Similiter Joh XVII. 2. ἵνα πᾶν ὁ  
 διδάσκει αὐτοῖς, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, ubi πᾶν  
 ὁ ponitur ad morem רַשׁוּן לֵב, pro πᾶσιν ὁ &c.

*Aphor. XVIII.*

**C**onjunctio verborum & nominum ejusdem si-  
 gnificatus quæ nec Atticis est insolens, apud  
 S. Scriptores more Hebræorum multo frequen-  
 tius occurrit, ejus rei perplurima existant ex-  
 empla. ut, Act. V. 28 ὁ παραγγέλια παραγγέλιαιεν οὖν,  
 it Luc. II. 9. Joh. III. 29. Hebr. VI. 14. Parallela in  
 Hebraicis ubivis conspiciuntur.

*Aphor. XIX.*

**E**xaggerationis ergo & excellentiæ augendæ  
 quemadmodum Hebræi nomine הֵן & הֵן  
 utuntur, ita Græci hic substituunt; οὐδὲ, ut Act. VII.  
 20. ἀστὶ τὸ οὐδὲ h. e. eximie & singulariter pulcher,  
 2. Cor. X 4. τὰ γὰρ ὄπλα τῆς στρατίας ἡμῶν ἔσται σαρκῆ,  
 ἀλλ' ἔσται τῷ θεῷ, arma militaria nostra non sunt  
 carnalia sed validissima.

*Aphor. XX.*

**N**on pauci ritus & cærimoniæ Judaicæ a Christianis  
 liberè fuerunt adoptatæ, quibus rectè intelli-  
 gendis adcurator Antiquitatum Hebraicarum co-  
 gnitio apprime interservit.

*Aphor. XXI.*

**A**D intelligendum textum Græcum S. nec  
 parum conducit Scriptoribus profanis Græcis  
 sedq.

sedulam impendisse operam. Neque enim semper, vel temere & sine ratione Auctores a nativa Græcæ lingvæ idole abeunt, sed quantum fieri potest, eandem servant ac retinent. Hinc, quo quis in Græcitate profana versatior fuerit, eo facilius, locorum quibus ista occurrit, sensum adsequetur. Præterea ad Hebraismos a Græcitate vulgari discernendos plurimum confert cum hac arctiorem inisse familiaritatem. Accedit & illud, quod scriptores S. ad varia haud raro respiciant veterum Græcorum instituta, consuetudines & mores, quorum notitia ex scriptoribus profanis omnino est haurienda.

*Aphor. XXII.*

**N**orma, ad quam exigi debet Græcitas in textu S. non est unica dialectus, sed omnes quæ communem illam Lingvam Græcam sequioris temporis ingrediebantur.

*Aphor. XXIII.*

**S**eptuaginta interpretum versionem consulere & rite ad explicationem Novi Testamenti applicare utique juvat; quippe quam Scriptores S. Novi fœderis sequuntur in multis.

*Aphor. XXIV.*

**L**ingva Græca præ omnibus aliis ejus ætatis erat revelationi edendæ aptissima, quippe communissima, & maxime excultra.

*Aphor. XXV.*

**L**ingva Græca exarati sunt omnes libri Evangelistarum & Apostolorum, in canonem redacti.

*Aph.*



**Q**Uæ in antecedentibus adduximus de Lingva S. Græca Hebraïsmum redolente, ad puritatem ejus impugnandam extendi non debent; quem ut evitemus errorem, primum expendendum est, quid hoc in puncto in censum puritatis venire mereatur. Neque enim Lingva Græca S. ideo dicitur pura, quia tam quoad voces, quam quoad phraleologiam ubique congruit cum illa, qua usi sunt optimæ notæ scriptores profani Græci. Hoc namque qui asserunt manifestæ veritati repugnant. Quod si Scriptores S. talem sequuti fuissent puritatem, locum sibi præfixam attingere non potuissent, quia ad res gentibus delignandum defuturae fuissent voces. Ergo nulla alia suppetebat ratio, quam ut vel usitatis vocabulis novus imponeretur significatus. observata tamen analogia, vel quum ne hæc quidem locum habere posset ad *imparitiam* ceu ultimum remedium confugeretur. Non igitur alia hic somnianda est puritas, quam quæ possibilis fuit. Atque si voces receptas in sensu vulgari adhibuissent, quidlibet potius aliud, quam quod propositum erat dixissent & puritatem lingvæ inepte æmulando, sensum ipsum, omnis orationis animam, pervertissent. Proinde, quum veritates S. lingua Hebræa ante fuerint explicatæ, ipsa necessitas requirebat, ut hæc in subsidium vocaretur, & stylo Novi fœderis adspargeretur Hebraïsmus. Hæc quum ita sint, statuimus dari in stylo novi

Testamenti puritatem necessariam, indoli rerum convenientem, quæ tam in vocibus ac phræseologia, quam ipsa totius orationis structura se explicat. Quid? Nonne Cicero multa vocabula technica Græca assumpsit & civitate Latina donavit? Nonne idem orator Demosthenem & Virgilius Homerum sæpe expresserunt? Immo Latini tantum non omnes imitati sunt Græcos. Quis vero inde concluderit, linguæ Latinæ puritatem hoc modo fuisse corruptam?

*Aphor. XXVIII.*

**H**inc etiam constat stylo S. non ideo impingendos esse Barbarismos & Solæcismos, quia a dictione profana interdum recedit. Hic enim argumentorum ingenio & gravitati aptatus, neque ex Grammaticorum nugis neque Rhetorum Græcnicorum ventis debet æstimari.

